Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



IN diebus illis · misit herodes rex manus lectio actuum apl̄orum
ut affligeret quosdam de ecclia · Occidit autem iacobum
fratrem iohannis gladio · Videns autem quia placeret iu
deis · apposuit apprehendere et petrum · Erant dies azimo
rum quem cum apprehendisset misit in carcerem · tradens eum
quatuor quaternionibus militum custodiendum · volens post
pascha producere eum plō · Et petrus quidem seruabatur
in carcere · oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclia
ad deum pro eo · Cum autem producturus eum esset herodes ·
in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vin
cutus duabus catenis · et custodes ante ostium custodiebant
carcerem · Et ecce angelus domini astitit et lumen reful
sit in habitaculo · percussoque latere petri erexerunt eum dicens
surge uelociter · Et ceciderunt catene de manibus eius · Dixit
autem angelus ad eum · Praecinge te · et calcea te caligas tuas
Et fecit sic · Et dixit illi · Circumda tibi vestimentum tuum et
sequere me · Et exiens sequebatur eum · et nesciebat quia
verum est quod fiebat per angelum · Existimabat autem se
visum videre · Transeuntes autem primam et secundam custo
diam · venerunt ad portam ferream quae ducit ad ciuitatem
quae ultro aperta est eis · Et exeuntes praesierunt vicum vnum
et continuo discessit angelus a eo · Et petrus ad se reuersus
dixit · Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum
et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione iu
deorum plebis / GRA Constitues eos principes super omnem terram
memores erunt nominis tui domine ℣ Pro patribus tuis nati sunt tibi
filii praeterea pli constituentur tibi ALLA ℣ Tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclam meam ℣ Beatus es simon petre quia caro
et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis SEQUENTIA
PEtre sume rpi pastor et paule preceptor doctor Ecclesiam vestris do
ctrinis illuminatam Peccatorum terre peccatis admittit ut Dam
dominus? petre celorum tibi claues dono credit praemium beatitudinis rpe